



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum aliqua virtus moralis possit esse sine passiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ 2 Præ. Tristitia est impedimentum operationis, ut patet per Philosoph. in 7. & 10. Ethic. sed impedimētum bonæ operationis repugnant uirtuti. ergo tristitia repugnant uirtuti.

¶ 3 Præ. Tristitia est quædam animi ægritudo, ut Tullius eam uocat in 3. de Tuscul. quæstionibus: sed ægritudo animæ contrariatur uirtuti quæ est bona animæ habitudo. ergo tristitia contrariatur uirtuti, nec potest simul esse cum ea.

SED CONTRA est, quod Christus fuit perfectus uirtute: sed in eo fuit tristitia. Dicit enim, ut habetur Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. ergo tristitia potest esse cum uirtute.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicit Aug. 14. * de ciuit. Dei, Stoici uoluerunt pro tribus perturbacionibus in animo sapientis esse tres eupathias, i. tres bonas passiones, pro cupiditate scilicet uoluptatem, pro læticia gaudium, pro metu cautionem: pro tristitia uerò negauerunt posse aliquid esse in animo sapientis, duplici ratione. Primo quidem, quia tristitia est de malo, quod iam accidit: nullum autem malū æstimant posse accidere sapienti. Crediderunt enim quod sicut solum hominis bonum est uirtus, bona autem corporalia nulla bona hominis sunt: ita solum inhonestum est hominis malum, quod in uirtuoso esse non potest. sed hoc irrationabiliter dicitur. Cum enim homo sit ex anima & corpore compositus, id quod confert ad uitam corporis conferuandam, aliquod bonum hominis est, non tamen maximum, quia eo potest homo male uti: unde & malum huic homo contrarium in sapiente esse potest, & tristitiam moderatam inducere.

¶ Præ. Esti uirtuosus sine graui peccato esse possit, nullus tamen inuenitur qui absque leuibus peccatis uitam ducat, secundum illud 1. Jo. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Tertio, quia uirtuosus etsi peccatum non habeat, forte quandoque habuit, & de hoc laudabiliter dolet, secundum illud 2. ad Corin. 8. Quæ secundum Deū est tristitia, penitentiam in salutem stabilem operatur. Quarto, quia potest etiam dolere laudabiliter de peccato alterius: unde eo modo quo uirtus moralis comparatur alias passiones moderatas. comparatur et tristitia. Secundò, mouebantur ex hoc, quod tristitia est de præsentī malo, timor autem de malo futuro: sicut delectatio de bono præsentī, desiderium uerò de bono futuro. Pōt autē hoc ad uirtutē pertinere, & quod aliquis bono habito fruatur, uel nō habitū habere desideret, uel quod est malum futurum cauet: sed quod malo præsentī animus hominis substernatur, quod fit per tristitiā, omnino uidetur contrarium rationi, unde cum uirtute esse nō pōt. Sed hoc irrationabiliter dicitur. Est enim aliquod malum quod potest eē uirtuoso præsens, ut * dictum est, quod quidem malum rō detestatur. unde appetitus sensituius in hoc sequitur detestationem rōnis, quod de hōī malo tristatur, moderate tamen secundum rationis iudicium. hoc autem pertinet ad uirtutem, ut appetitus sensituius rationi cōformetur, ut * dictum est. unde ad uirtutē pertinet, quod tristetur moderate in quibus tristandum est, sicut et Philosophus dicit in 2. * Ethic. & hoc etiam utile est ad fugiendum mala. Sicut enim bona propter delectationem promptius quæruntur, ita mala propter tristitiā fortius fugiuntur. Sic igitur dicendum est, quod tristitia de his quæ conueniunt uirtuti, nō potest simul esse cum uirtute: quia uirtus in propriis delectatur, sed de his quæ quocūque modo repugnant uirtuti, uirtus moderate tristatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex illa authorita-

te habetur, quod de sapientia sapiens non tristatur, tristatur tamen de his quæ sunt impeditiua sapientiæ. & ideo in beatis, in quibus nullum impedimentum sapientiæ esse potest, tristitia locum non habet.

AD SECVDVM Dicendum, quod tristitia impedit operationem de qua tristamur, sed adiuuat ad ea promptius exequenda, per quæ tristitia fugitur.

AD TERTIVM Dicendum, quod tristitia immoderata est animæ ægritudo, tristitia autem moderata ad bonam habitudinem animæ pertinet secundum statum præsentis uitæ.

ARTICVLVS IIII.

Utrum omnis uirtus moralis sit circa passiones.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod omnis uirtus moralis sit circa passiones. Dicit enim Philosophus in 2. * Ethic. quod circa uoluptates & tristitias est moralis uirtus: sed delectatio & tristitia sūt passiones, ut supra dictum est, ergo omnis uirtus moralis est circa passiones.

¶ 2 Præ. Rationale per participationem est subiectū moralium uirtutum, ut dicitur in 1. * Ethic. sed hōī pars animæ est in qua sunt passiones, ut supra dictum est. ergo omnis uirtus moralis est circa passiones.

¶ 3 Præ. In omni uirtute morali est inuenire aliquā passionem, aut ergo omnes sunt circa passiones. aut nulla, sed aliqua sunt circa passiones, ut fortitudo & temperantia, ut dicitur in 3. * Ethic. ergo omnes uirtutes morales sunt circa passiones.

SED CONTRA est quod iustitia quæ est uirtus moralis, non est circa passiones, ut dicitur in 5. * Ethic.

RESPON. Dicendum, quod uirtus moralis perficit appetituum partem animæ ordinando ipsā in bonū rationis. Est autem rationis bonum id quod est secundum rationem moderatum, seu ordinatū: unde circa omne id quod contingit ratione ordinari & moderari, contingit esse uirtutem moralem. rō autē ordinat non solum passiones appetitus sensitui, sed et ordinat operationes appetitus intellectui, quod est uolūtas, quod non est subiectum passionis: ut supra dictum est. & ideo non omnis uirtus moralis est circa passiones, sed quædam circa passiones, quædam circa operationes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non omnis uirtus moralis est circa delectationes & tristitias, sicut circa propriā materia, sed sicut circa aliquid consequens propriū actum. Omnis enim uirtuosus delectatur in actu uirtutis, & tristatur in contrario. unde * Phil. post præmissa uerba subdit, quod si uirtutes sūt circa actus & passiones, omni aut passioni & omni actui sequitur delectatio & tristitia, pro hoc uirtus erit circa delectationes & tristitias. sicut circa aliquid consequens.

AD II. dicendum, quod rationale per participationem non solum appetitū sensituius, quod est subiectum passionum, sed et uoluntatē in qua non sunt passiones, ut * dictum est.

AD III. dicendum, quod in quibusdam uirtutibus sunt passiones sicut propria materia, in quibusdam autem non. unde non est eadem ratio de omnibus, ut infra ostendetur.

ARTICVLVS V.

Utrum aliqua uirtus moralis possit esse absque passione.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur, quod uirtus moralis possit esse absque passione. Quanto enim uirtus moralis est perfectior, tanto magis superat passiones. ergo in suo perfectissimo esse est omnino absque passionibus.

Prima Secunda S. Thomæ.

¶ 2 Præ.

Inf. q. 60. ar. 4. cor. li. 2. Ethic. c. 2. 10. 5. q. 31. ar. 1. & q. 35. ar. 1. c. ul. 10. 5. q. 29. ar. 3.

c. 6. & 19. te. 5.

ex priorib. 4. capitulis elicitur.

q. 23. ar. 3.

li. 2. e. h. c. 3. non longe a prin. te. 5.

D. 1199. in corp. ar.

q. 80. ar. 3. Inf. q. 60. ar.

Peripate Aug. di. es simul idem di. undum tingue. uolūta. cibilem ebant in manis, situ: a. anime, untas, it. antum. unque. libera. esse non uirtuoso pellant. ro aliq. bilibus. int, ita. ontraha. s ratio. e con. Dei, ab. utur in. tuoso. ur, ur. quicun. e in uir. ai. un. uicidam. am, & eberent. sunt ut. exem. ris loq. m, sed. fuit o. passioni. * Ethic. litates. d mitis. astio. & oēs. Tullia. secun. es. uenies. conse. is: si ue. at ad e. r. t. huius. ueit. ap. 6. & 7. om. 5. dō uir. es enim. en. 8. So. tia, pu. us non. ergo nec. 2 Præ.

¶ 2 Præt. Tunc unumquodque est perfectum, quando est remotum a suo contrario, & ab his quæ ad contrarium inclinant: sed passiones inclinant ad peccatum, quod uirtuti contrariatur, unde Ro. 7. nominantur passiones peccatorum. ergo perfecta uirtus est omnino absque passione.

Li. de Moribus eccle. 6. & in tot.

¶ 3 Præt. Secundum uirtutem Deo conformamur, ut patet per Aug. in li. de Moribus * Ecclesie; sed Deo omnia operatur sine passione. ergo uirtus perfectissima est absque omni passione.

e. n. 163 ante. h. co. 5.

SED CONTRA est, quod nullus iustus est, qui non gaudet iusta operatione, ut dicitur in 1. * Eth. sed gaudium est passio. ergo iustitia non potest esse sine passione, & multo minus alia uirtutes.

RESPON. Dicendum, quod si passiones dicamus inordinatas affectiones, sicut Stoici posuerunt, sic manifestum est, quod uirtus perfecta est sine passionibus. si uero passiones dicamus omnes motus appetitus sensitui, sic planum est, quod uirtutes morales quæ sunt circa passiones, sicut circa propriam materiam, sine passionibus esse non possunt. cuius ratio est, quia secundum hoc sequeretur, quod uirtus moralis faceret appetitum sensituum omnino otiosum. Non autem ad uirtutem pertinet: quod ea quæ sunt subiecta rationi, a propriis actibus uidentur: sed quod exequantur imperium rationis proprios actus agendo. unde sicut uirtus membra corporis ordinat ad actus exteriores debitos, ita appetitum sensituum ad motus proprios ordinatos. Virtutes uero morales, quæ non sunt circa passiones, sed circa operationes, possunt esse sine passionibus, & homo uirtus est iustitia, quia per eas applicatur uoluntas ad proprium actum, qui non est passio: sed tamen ad actum iustitiæ sequitur gaudium ad minus in uoluntate, quod non est passio. & si hoc gaudium multiplicet per iustitiæ perfectionem, fiet gaudium redundantia usque ad appetitum sensituum, secundum quod uires inferiores sequuntur motum superiorum, ut supra dictum est: & sic per redundantiam homini quanto magis fuerit perfectior, tanto magis passionem causat.

qu. ar. 17. & 18. arti. 2.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uirtus passiones inordinatas superat, moderatas autem producit.

AD SECUNDUM dicendum, quod passiones inordinatæ inducunt ad peccandum, non autem si sunt moderatæ.

AD TERTIUM dicendum, quod bonum in unoquoque consideratur secundum conditionem sue nature: in Deo autem & angelis non est appetitus sensituius, sicut in homine. & ideo bona operatio Dei & angelis est omnino sine passione, sicut & sine corpore: bona autem operatio hominis est cum passione, sicut & cum corporis ministerio.

¶ Super quest. sexage sima articulum primum.

IN corpore articuli primi questionis 60. dubium occurrit, quomodo iter, quod hic dicitur, quod ratio est sicut imperans & mouens, appetitua autem uis sicut mota & imperata. cū doctrina superius posita. quod imperium est actus rationis motus ab appetitu. Si enim in imperando appetitus est primus mouens, non est ratio ut imperans & appetitus imperatus a

QVAESTIO LX.

De distinctione uirtutum moralium ad inuicem, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de distinctione uirtutum moralium ad inuicem.

ET CIRCA hoc, quærunto quinque.

¶ Primo, Vtrum sit tantum una uirtus moralis.

¶ Secundo, Vtrum distinguantur uirtutes morales, quæ sunt circa operationes, ab his quæ sunt circa passiones.

¶ Tertio, Vtrum circa operationes sit una tantum moralis uirtus.

F ¶ Quarto, Vtrum circa diuersas passionis sint diuersæ morales uirtutes.

¶ Quinto, Vtrum uirtutes morales distinguantur secundum diuersa obiecta passionum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sit una tantum uirtus moralis.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod sit una tantum moralis uirtus. Sicut enim in actibus moralibus directio pertinet ad rationem, quæ est subiectum intellectualium uirtutum, ita inclinatio pertinet ad uim appetitiuam, quæ est subiectum moralium uirtutum: sed una est intellectualis uirtus dirigens in omnibus moralibus actibus, scilicet prudentia. ergo etiam una tantum est moralis uirtus inclinans in omnibus moralibus actibus.

¶ 2 Præt. Habitus non distinguuntur secundum materialia obiecta, sed secundum formales rationes obiectorum: formalis autem ratio boni ad quod ordinatur uirtus moralis, est una. si modo rationis. ergo uidetur quod sit una tantum moralis uirtus.

¶ 3 Præt. Moralia recipiunt speciem a fine, ut supra dictum est: sed finis omnium uirtutum moralium communis, est unus. scilicet felicitas: proprii autem & propinqui sunt infiniti, non sunt autem infinitæ uirtutes morales. ergo uidetur quod sit una tantum.

SED CONTRA est, quod unus habitus non potest esse in diuersis potestatis, ut supra dictum est: sed subiectum uirtutum moralium est pars appetitiua animæ, quæ per diuersas potestatis distinguitur, ut in primo dictum est. ergo non potest esse una tantum uirtus moralis.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, Virtutes morales sunt habitus quidam appetitiuæ partis; habitus autem speciei differunt secundum speciales differentias obiectorum, ut supra dictum est: spes autem obiecti appetibilis, sicut & cuiuslibet rei, attenditur secundum formam specificam, quæ est ab agente. Est autem considerandum, quod materia patientis se habet ad agens dupliciter. Quandoque enim recipit formam agentis secundum eandem rationem prout est in agente, sicut est, in omnibus agentibus uniuocis: & sic necesse est, quod si agens est unum speciei, quod materia recipiat formam unius speciei: sicut ab igne non generatur uniuoce nisi aliquid existens in specie ignis. Aliquando uero materia recipit formam ab agente non secundum eandem rationem,

ratione simpliciter. sed ut mota est ab appetitu: ac per hoc appetitus imperatur a seipso principaliter. & consequenter ratio motus processus hinc fundatus super hoc, quod est uelut agens acquiuocum, & appetitus uelut patientis acquiuoce a ratione. Ad hoc dicitur, quod aliud est loqui de ratione & appetitu in genere nature, & aliud loqui de eis in genere moris. In genere nature tantum dicitur fuit, quod distinguendum est de motione uel ad specificationem, uel ad executionem actus. & quod primum mouens ad specificationem pertinet ad intellectum, primum uero ad executionem pertinet ad appetitum. In genere autem moris, quia supponitur uoluntarium, non mouens & motus imperantis, & imperati non queruntur in actibus absolute, sed in actibus uoluntariis: ita quod attenditur quis inter actus uoluntarios siue sit essentialiter intellectus, siue uoluntas, siue appetitus sensitui, habet rationem mouentis & motus. Et quoniam hic supponitur ratio uoluntaria ut cõi omnibus, non attenditur differentia mouentis & motus dependentiam a uoluntate: sed quoniam distinguitur per rationem per se, & rationem participatiuam, & constat quod ratio uel per participatiuam derivatur a rationali per essentiam, & ratio est rationalis per essentiam, & appetitus rationalis est per participatiuam: ideo ratio dicitur mouens, & imperans, & appetitiua uis mota, & imperata non simpliciter, sed in moralibus. Moralia enim uoluntario continentur ut materia, ratione autem ut forma & in rationali tantum anime parte ut sic, sunt ut subiecto. Sed hæc responsio.